# MAXIMI TYRII DISSERTATIONES PHILOSOPHICÆ,

*Cum Interpretatione & Notis* DANIELIS HEINSII *hac ſecunda editione emendatioribus.*

Acceſsit

ALCINOI IN PLATONEM INTRODVCTIO.

SALMANCA

LVGDVNI BATAVORVM
Apud Ioannem Patium Iuratum & Ordinarium Academiæ Typographum.
An. CIↃ IↃ C XIV.

# AMPLISSIMO AC MAGNIFICO VIRO IACOBO VAN DYCK,

*Sereniſſimi Suecorum Regis Legato.*

POpulus Romanus, Vir Ampliſſime, prius ad imperium terrarum quam ad ſapientiæ ſtudium pervenit, neque quicquam Græcis minus invidebat initio, nullis imbutus literis, quam invtilem ad mores ſcientiam, è qua nihil præter virtutem ſibi retinebat. adeo propius à fine omnis eruditionis Græcæ & vſu, quam ab eius deſiderio aberant. Donec ambitio, ſingulos primo, mox Rempublicam quoque aliam fieri ſubegit. L. Quintium Dictatorem illum ab aratro, decimo & ſexto die quam

 ſu-

# ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΥΡΙΟΥ

## ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας λόγοι μά.

### ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙΣ Ο θεός, κατὰ Πλάτωνα. λόγος ά.

Περὶ μὲν δαιμόνων ἀμφισβητῶν, λόγον λόγῳ φέρω, καὶ ἀνέχομαι τὴν στάσιν, καὶ οὐδὲν δεινὸν οὐδὲ πλημμελὲς οὐδὲ ἔξω τρόπου ἡγοῦμαι δρᾶν τὸν ἀμφισβητοῦντα πρὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς ἄλλον, εἰ ἔστι τὸ δαιμόνιον, καὶ τί, καὶ ὁπόσον. καὶ γὰρ ἦν ἐνταῦθα τὸ μὲν ὄνομα, δῆλον, ἡ δὲ οὐσία, ἀφανής, ἡ δὲ δύναμις, ἀμφισβητήσιμος. νῦν δὲ δὴ τίς γένωμαι, περὶ θεοῦ λέγων; ποῖον κάλλος ῥημάτων περιβαλόμενος, ἢ ποῖον φῶς ἐξ ὀμμάτων σαφεστάτων ποιησάμενος, ἢ τίνα ἁρμονίαν ᾠδῆς ἐκ λόγου ἁρμοσάμενος, δείξαιμι ἂν

### QVID SIT DEVS, ſecundum Platonem. DISSERT. I.

DE natura Dæmonum cum diſputatur, rationem rationi facile patior opponi, nec contentionẽ hãc reprehendo: tantum abeſt vt indignum quid, aut à viri boni ratione alienum abſurdumve ab eo committi exiſtimem, qui vel ſecum ipſe vel cum aliis de Dæmone, an ſit, quid, & quantus, inquirit. Et tamen in hac quidem quæſtione nomen ipſum de quo agitur manifeſtum eſt: eius verò de quo quæritur tum abſtruſa eſt eſſentia, tum poteſtas cõtrouerſa. Nunc autem cũ de Deo dicere inſtitui, quid agam potiſſimum? qua verborũ amœnitate, qua vocabulorum luce, qua carminis

# ΑΛΚΙΝΟΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ

Εἰσαγωγή.

# ALCINOI IN PLATONICAM PHILOSOPHIAM INTRODVCTIO,

*Cum Græcis codicibus collata, atque ad eoſdem ita hac ſecunda præſertim editione denuo interpolata, vt videri nova poſsit.*

# DANIELIS HEINSII
## NOTÆ
## ET EMENDATIONES
AD
# MAXIMVM
Philoſophum.

LVGDVNI BATAVORVM
Excudit Ioannes Patius Academiæ
Typographus.
An. cIↄ. Iↄ. c. xiv.

# GERARDO TVNINGIO, ET REINERO BONTIO,

*Illi Iuriſprudentiæ, huic Medicinæ Profeſſori.*

QV æ Romæ olim Græce diſputavit Maximus, ſermone eius vrbis dedimus, in qua nata ſunt. Idque vel conſilio veſtro, Viri Clariſſimi, vel ſuaſu. Nec impune id nobis fuit. Laborem enim labor excepit, vt videtis, & qui de difficultate querebamur, novam fecimus. Quæ tam neceſſario ſubeunda fuit, quam priorem illam non inviti abſolvimus. Multa corrupta, multa depravata invenimus: quæ cum aliud ageremus, præterire non potuimus. Pauca ſub manum nata ſunt, quæ ſcriptorē illuſtrant, neque parva pars eorum quæ hic legitis, non cogitanti proceſſit. Vobis certè ſcripſimus, quibus imputamus, neque aliud in animo habuimus, quam officium. Qui glo-

# DANIELIS HEINSII EMENDATIONES IN MAXIMI TYRII DISSERTATIONES ET NOTÆ.

*De ordine Diſſert. & inſcriptione.*

DVo ſunt quæ autoribus antiquis labem attulerunt & perniciem: tempus videlicet & imperitia. Imperitiam vt ſæpe comitatur temeritas, ita interdum locum eius obtinet, nec minus nocet quam illa, cum libere quidvis nobis & ſine diſcrimine permittimus, iudicio vel noſtro freti, vel de alieno ſecuri Cuius vtinam vbique potius quam in philoſophis ſapientiæ magiſtris extarent veſtigia: & non aliquod quoque in hoc Maximo. Sed vt liberior fuit ſemper reliquis, ita minus ferenda videtur eorum audacia, qui in ordine ſcriptorum à veteribus ludere, & in alieno ingenioſi eſſe voluerunt. Nam vt nihil de Platone dicamus, & tot oratorum libris, quod abunde ſæpe à doctis viris factum eſt, ὄικοι ὁ μάρτυς, hic noſter: in cuius diſſertationum ordine cum varient codices; certum eſt vt fallere omnes poſſunt, ita præire ad veritatem omnes nõ poſſe: cum ſimplex ea ſit & vnica. Ordo in manu exarato codice Chriſtianiſſimi reges quem invenimus, is erat.